

# DISSERTATIO VIII.

DE

## VITIIS CARITATI CONTRARIIS.

**D**UO vitorum genera caritati opponuntur: quia ipsa duplex obiectum spectat, Deum nimirum, & proximum. Quare vitorum alia adveratur caritati, quatenus Deum appetit; alia quatenus in proximum fentur. Hac omnia ad decem reducit D. Thomas 2. 2, q. XXXIV. & seq. Primum est *odiu m. Dei*, & proximi, quod dilectionis adveratur. Secundum *aedita*, quae pugnat cum gaudio quod de bono divino percipitur. Tertium est *inuidia*, quae gaudio de proximi bono opponuntur. Quartum est *dilectio*, qua cum caritatis affectu pugnat. Quintum *contentio*; textum *scelma*; septimum *bellum*; octavum *risus*; nonum *sedatio*; quod exteriorne pacem operi perturbat; decimum *seculatum*, quod caritatis beneficium impedit. Ita communiter cum Angelico Theologi omnes.

### CAPUT I.

*Quid sit odium Dei, & proximi.*

**O**dium Dei duplex, alterum *quod in omni mortali peccato includitur*, eo quod omnis graviter peccans a Deo defecit, & ad creaturam le convertit. Odium illud peculialem malitiam ab ea distinctam que in peccatis residet, non continet. Alterum peculiare, & expremum, seu formale, quod speciale, gravissimam maleitiam praefert, divinaque dilectione directe opponuntur. Delicti autem foler, quod sit *aversio a Deo*, *qua voluntas illam detestatur*, prout peccata prohibet, *ponensque infigit*. Voluntas quippe id detestatur quod libi repugnat; & quia Deus absoluto incepit, vel ut est bonorum causa, voluntati non opponitur, nequit hac ratione illum odio habere; quia vero, ut prohibet vita, pœnaque infigit, grava voluntati infelicitate apprehenditur, ideo sub hac conderatione odio haberi potest. Hoc odium formale iterum duplex: alterum abominationis, inimicitiae alterum: illud reata Dei naturam aggreditur, illam destruere cupiens, si posset; hoc malum illi optat.

**I**II. Odium Dei omnium scelerum gravissimum est, cum opponatur prestantissime virtutis caritatis secundum illius primarium actum, videlicet dilectionis divinae. Est proinde suo genere mortale, neque materia parvitate fieri veniale potest: quia quodcumque malum quod Deo optare possimus, gravissimum est. Imperfectorum dumtaxat deliberatio diminuire crimen valet. Igitur immane flagitium est optare ne Deus sit, ut aliqua perfectione careat, aut de illius offensa gaudere. Ita communiter Theologi.

III. Odium proximi est *expressa malevolentia*, *qua illi malum optamus*. Peccatum est genere suo mortale. Quippe omnis qui edidit fratrem suum, homicida est. I. Ioan. cap. 11. Fieri veniale potest materia parvitate, aut imperfectorum deliberatio; ut si levissimum malum proximum exoptes, aut si non delibera animo malum quodcumque illi cupias. Letitia de malis proximi nostra ex odio adversus illum proficitur.

**IV. Quid est I. Odia in proximum distinguuntur in specie ex malorum diversitate?** Resp. Negant Caietanus, Bannez, Ledefima, Bonacina, Prado, Tapia, Salmanticensis trax. xxi. cap. viii. p. 1. num. 4. Idque evincent, quod *furia*, *detections*, *artur* conuenient eisdem lunt speciei, non alia ratione, nisi quia conuenient in lacerando proximum. Ergo, cum omnia mala qua proximo exoptantur, convenient in eadem ratione formaliter malevolentiae, sub eadem specie continentur.

**V. Contraria sententia probabiliore est, nihilque vera.** Quoniam actus interitus speciei diversitatem ab obiectis specie diversis accipiunt. Fortuna bona, vita interitus, mors eterna sunt obiecta specie diversa. Aut ergo interitus odiorum quibus sceleri homines proximo exoptant mortem vel temporaneam, vel eternam, aut divitiarum, aut famae iacturam, specie differre inter se plenum est. Hec omnia conuenient in ratione formaliter malevolentiae, reponunt Salmanticensis. Quod, si de ratione quadam generica sermo sit, conceditur; lecus, si ratio specifica spectetur. Aliquin dicendum fore, desideria adulteriorum, forniciandi, idque genus similia, eisdem esse speciei. Item homicidia,

### DISS. VIII. DE VIT. CAR. CONT. 89

*dia, furtu, detections*, ita nonnique omnium desideria euidentur erant speciei, quod in ratione damni convenient. Hac omnia, inquit, obiecta inspicunt specie diversa.

Quod contra accedit in odio nude accepto. Hoc enim intra animum silit, & consummatur; neque foras erumpit, confusa, aut auxilia praebendo ad operis executionem; sed est simplex, atque ineficaciter desiderium, quod diversum minime evadit ex malis ineficaciter optatis specie distinctum. Hac Salmanticensis doctrina, mea quidem lententa, fallax est. Hinc enī sequitur omnes adūs inter nos aliquis generis, puta libidinis, euidentem illa species; cum ad opus non prodeant. Sic defecations de adulterio, de fornicatione, de sodomitria, de molitiae erunt eisdem species, eo quod sint peccata intensi consummata. Quid ad specificam distinctionem concernit quod odium sitas in deliberatione voluntariae exoptando mortem proximo, & quod consilium adhibeat in eundem finem? Nam & hoc consilium etiam ineficaciter effectu non fecuto. Et hac ratione omnes actus intensi, qui opere non perfruuntur, unicam confituentur species.

**V. Quid est II. Licitum ne est desiderare interdum alteri malum ob finem boni spiritus?** Resp. Qui animo deliberato grave malum proximo imprecatur, dubio procul grave crimen perpetrat; ut cum quis in hac verba erumpit: *Diabolus te rapiat: mors tibi eventat* &c. Qui similiter faciat, ira impetrum in exclamatione adhibent; id est, peccatis accumulantur. Quod interdum ira prevente rationem valeat, omnes fatentur: sed aque certum est, quod ira alieni animo deliberato peccatum sit.

Tunc vero animo deliberato contentientes homines prælumuntur, & sunt; cum non illico iram cohibent, sed repetitis attibus in eadem perfusint, & in imprecações frequenter labuntur. Neque a gravi crimine temper excludunt, quod non animo dispositi sint, ut malum quod imprecantur, eveniat; ut dicere parentes solent, dum filii male dicunt; sed quod, ut ira obsequantur, talia verba proferuntur. Peccant liquidem eo ipso quod deliberate ira conseruant. Dolent utique, deterfentem ira, le talia dixisse; & hallucinantur, le non peccasse, propterea quod passione explita, peccati sententiū timulos, & ignominiam. Duo spectanda sunt, ut malitiosum gravitas reprehendatur. Damni magnitudo quod proximo, vel sibi quisque imprecatur; & animi delibera alienio. Audiendas est D. Thomas 2. 2. quast. lxvi. art. 3. *Malitioso de qua nra loquimur, est per quam pronuntiatus malum contra aliquem vel imperando, vel optando.* *Velle autem, vel imperio, mouere ad malum alterius, secundum se repugnare caritati, qua diligimus proximum, volentes bonum ipsum.* *Si ita secundum suum genus*

utilitatis proximo optata, latet vindicta private cupiditas. Prox oculis habenda sunt tres hac de re propositiones ab Innocentio XI, damnata, que sunt sequentes.

13. *Si debita cum moderatione facias, potes abesse peccato mortali de vita atque tristari, vel de illius morte naturali gaudere; illam inefficaci effectu petere, & desiderare non quidem ex displicencia persona, sed ob aliquod tempore emolumenatum.*

14. *Licitum est ab alioto desiderio capere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonus capiente, quia nimis ei obvenientia & pinguis hereditatis.*

15. *Licitum est filio gaudere de patricidio a se in ebrietate perpetrato propter ingentes diruitas inde ex hereditate conseruatas.* Hinc collige, numquam licet ob communitatem, & utilitatem propriam privatam, malum aliquod proximo optare.

**VII. Quid est III. Est ne peccatum mortale proximo incedere?** Resp. Qui animo deliberato grave malum proximo imprecatur, dubio procul grave crimen perpetrat; ut cum quis in hac verba erumpit: *Diabolus te rapiat: mors tibi eventat* &c. Qui similiter faciat, ira impetrum in exclamatione adhibent; id est, peccatis accumulantur. Quod interdum ira prevente rationem valeat, omnes fatentur: sed aque certum est, quod ira alieni animo deliberato peccatum sit.

Tunc vero animo deliberato contentientes homines prælumuntur, & sunt; cum non illico iram cohibent, sed repetitis attibus in eadem perfusint, & in imprecações frequenter labuntur. Neque a gravi crimine temper excludunt, quod non animo dispositi sint, ut malum quod imprecantur, eveniat; ut dicere parentes solent, dum filii male dicunt; sed quod, ut ira obsequantur, talia verba proferuntur.

Peccant liquidem eo ipso quod deliberate ira conseruant. Dolent utique, deterfentem ira, le talia dixisse; & hallucinantur, le non peccasse, propterea quod passione explita, peccati sententiū timulos, & ignominiam. Duo spectanda sunt, ut malitiosum gravitas reprehendatur. Damni magnitudo quod proximo, vel sibi quisque imprecatur; & animi delibera alienio. Audiendas est D. Thomas 2. 2. quast. lxvi. art. 3. *Malitioso de qua nra loquimur, est per quam pronuntiatus malum contra aliquem vel imperando, vel optando.* *Velle autem, vel imperio, mouere ad malum alterius, secundum se repugnare caritati, qua diligimus proximum, volentes bonum ipsum.* *Si ita secundum suum genus*

*gens est peccatum mortale; & tanto gravius quanto perfoma cui maleficimus, magis amore, & reverentia tenemur. Unde dicitur Lev. XXI. Qui maledixerit patri suo, & maledixerit matre, morte morietur. Coningit nam verbum maledictionis propter esse peccatum veniale, vel propter parvitetatem mali quod quis alteri maledicendo impetratur; vel etiam propter refectum eius, qui profert maledictionis verba, dum ex levi motu, vel ex ludo, aut ex furepitione aliquia talia verba profert: quia peccata verborum maxime ex affectu persuntur. Videntur ergo, qua animi deliberatione, quo scandalo, quo consumelia, quo malus genus proximo optetur. Hac omnia spectanda sunt, ut maledictorum iniquitas expundatur. Plurimum delinquentur homines, postquam artifices, rufisque solent, in maledictionis contumescere vel in ipsas creaturas irrationalibus. De his maledictionis genera hanc tribuit Angelicus 2. 2. quæst. LXVI. art. 2. Maledicere autem rebus irrationalibus, iniquum sunt creaturae Dei, est peccatum blasphemie; maledicere autem eis secundum se confidetis, efforsum, & canum, & per consequens illicium,*

## CAPUT II.

*De aedia, invidia, discordia, contentione, & schismate.*

**L**Quest. I. *Quid sit aedia?* Resp. Est tristitia delibera de bono spirituali quod ad nos attinet. Dicitur *delibera*, ut distinguatur a tediō illo quo afficiuntur vel pī homines aut ob naturalem corporis habitudinem, aut ob demonis tentacionem, Deique permissionem: cui si resistant, ferent cum tentatione preventum. Additur, *quod cum nos attinet*, quia cum tristitia de bonis divinis, prout Dei latet, sed de illis manellat, sanctificatione, & imminente;

odio Dei portius, quam acedū peccamus. Si vero quiescamus neder divinorum bonorum, queramus nobis committam sunt, ut si quis tristitia afficiatur, quod sit filius Dei, illius gloria capax, functioneque concivis; is proprie aedicia delinquit. Si qui vero tristitia de ceteris virtutibus, pīta de ieiunio, castitate, & paupertate, idque genus aliis; non peccat aedicia prelē accepta, sed generatio lūmpa, que ad illius peccati speciem revocatur cuius effectus omnis illius boni, seu virtutis sibi duplicit. Hec mortaliter erit, aut venialis ex diversitate materiae que tristiam patit. Acedia-pecialis suo genere

peccatum letale est, si ex deliberato animo dimanet, pragmatice cum precepto caritatis, de quo D. Paulus ad Philippienes 4. scribit: *Gaudete in Domino semper, iterum dicas gaudete.* Paucis verbis rem totam expedit D. Thomas 2. 2. quæst. XXXV. art. 2. *Eritis ita quia quis tristitia de bono spirituali quod est in actibus singularium virtutum, non pertinet ad aliquod virtutum speciale, sed ad omnia virtus.* Sed tristitia de bono divino, de quo caritas gaudet, pertinet ad speciale virtutum, quod accedit vocatur.

H. Acedia est virtutum capitale, prout definit D. Thomas loc. cit. art. 4. quia lex partit filias, que sunt *desperatio*, quia quis diffidit de aeterna beatitudine, ut sibi impossibile est *malitia*, quia Dei bona contempnuntur: *vanitas*, seu indignatio in eos qui nos ad spiritualia, & divina bona hortantur, & inducere latagunt: *pudicitia*, quia quis animum despenderet, refugiente ea exequi queat ad facilius dicuntur: *torpor*, qui languor quidam est aduersus preceptorum observationem: *mentis evagatio ad illicita*, que nimis se le distindit. Hac omnia explicat Angelicus loc. cit. ad 2.

**L**Quest. II. *Quid sit invidia?* Resp. Definit *tolet*, quod sit tristitia de bono alio approchenlo si esset malum proprium, & propria glorie, ac excellentis infernum. Tristitia dicitur, quia licet circa bonum veretur, illud tamen ut malum ipsius invidientis apprehendit, quod inde suam decerpere excellentiam centeat. Additur de bono alieno, quia tristitia de proprio bono ut malo existimat, non invidia, sed aedacia nuncupatur. Denique subditur, *querimus infidem est prius glorie*, quia tristitia ob aliam rationem concepta non invidia, sed vel odium, vel indignatio, aut quidam aliud vocatur.

V. Invidia hæc natura peccatum est mortale; veniale potest vel indeliberatione contentus, vel materie parvitate. Est simili peccatum capitale, ut docet Angelicus 2. 2. quæst. XXXVI. art. 4. Quoniam ex illa alia proficiuntur vita, nimis odium, *suefarratio*, denegatio, exultatio in proximi calamitatibus, & officio in rebus propriis.

V. Duplex invidia species. Altera est que tristitia de bonis humanis proximi, nimis de divitis, dignitatibus, honoribus; queque invidia humana nuncupatur. Altera est que tristitia de bonis gracie alterius; vocaturque invidia fraterne gratie. Hec, inquit Angelicus 2. 2. quæst. XXXVI. art. 4. ad 2. ponitur peccatum in spiritum fantium: quia

per

*per hanc invidientiam homo quodammodo invadet Spiritus sancto, qui in suis operibus glorificatur. Si plura cupis, lego ipsum D. Thomam.*

**V.** Quest. III. *Quid sit discordia?* Resp. Est voluntatum differentia a bono divino, & proximi, in quo convenire debent. Opponitur concordia, que corda, & voluntates unita unit. Est hinc generis peccatum mortale. Quare Dens Pro. vi. detestatur eum qui servavit inter fratres discordias. Legatur D. Thomas 2. 2. q. XXXII. artic. 1.

**V.** Quest. IV. *Quid sententia?* Resp. est verborum alteratio ad impugnandum irritantes: seu, ut eam definiri ex Ambrolio D. Thomas 2. 2. quæst. XXXVI. art. 1. *contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.* Subdit vero opportune: *Sic autem contentio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimonie; sic contentio est laudabilis.* Quia acrimonia numquam in perlora, sed in errores rotâ temper fit, eo clamor fine, ut diu aures velcentur pastillatum, & a corpore extinxentur; ac poculum ut error magis magisque contemnatur. Summa tamen parvimonia, & prudenter opus ei in huius remedii uli, ne limites fit angustos transilium. Si quandoque expediens vilium fuerit quadam acrimonie pipere ut, in scribendis potius quam in dicendis sententias, illius sit uis. Siquidem, cum homines matuus dispergitur verbis, si immoderato vocari clamore perirent, teleque talibus invicem perficerent, facile in noxiis, criminibusque contentionem deliciis disputarentur. Verba ergo militissima sint, eorumque prolatio temperata. In scripto autem vellicando interdum aures sunt. Eiusmodi filio talibus aspergo ubi sunt Patres sancti, etiam benigniores, ut Augustinus, & Bernardus. Tadet quippe lectorem frigida lectio: acut vero evidens palatum scriptum late conditum.

**V.** Quest. V. *Quid sit schisma?* Resp. Est ab unitate Ecclesie delibera separatio. Separatur autem quis ab Ecclesia, dum aut eius membris communicare renuit, aut debet summo Pontifici obedientiam preflare recusat. Non omnis inobediens est schismaticus; sicut contra omnis schismaticos inobedient. Schismatics præter inobedientiam, contumaciam addit rebellio, quia quod a Ecclesiæ communione recedit. Omnis hereticus est schismatis, non tamen omnis schismaticus est eo ipso hereticus. Confitebit enim absolute schismata potest abesse heresi. Schismatum purum caritati, & obedientia oppositum est,

si quis crederet unam sanctam catholicam Ecclesiam sub utilibili capite Romano Pontificis constitutam, omnemque articulos ab eadem propostos, superbia tamen, rebellique voluntate nolet Papæ subfessus, eiusque obdare mandatis. Si vero primatum, aut potestarem Summi Pontificis etiam negaret, hereticus simili esset. Schismatizorum loco habent Bellarmiū, Valentia, aliqui non pauci eos etiam qui dominatax a proprio Episcopo Papæ iubileto, fugeque dices membra deliculunt, tametsi lubetionem Papæ faciant: quia tunc indirecè a Papa quoque recederent. Ne multa: quamquam schismatica, & heresis duo sint crimina distincta, & absoluere lenius queant, vix tamen, ac ne vix quidem verum legitima recipia fine aliqui heresi repurbit, ut animadvertis D. Thomas 2. 2. quæst. XXXIX. art. 1. ad 3. Ceterum nullum schismatum est nisi quod sit aliquam heresim configrat, ut recte ab Ecclesiæ recipi videatur. Gravissimum scelus est schismata generis: cum ledar praestantissimum bonum, videlicet Ecclesiæ unitatem. Legatur D. Thomas tota laudata questione.

## CAPUT III.

*De bello, & de illis qui illud indirecere iure valent. A quibus peragendum, quibus conditionibus, & quo tempore.*

**L**Quest. I. *Quid sit bellum, & quaque plex?* Resp. Est conflictus multorum contra multos extraneos, id est, armis, Princeps usq[ue] pacis peratus. Dicitur conflictus multorum contra multos, ut distinguatur a duello, quod est certam periculorum pugna unius contra alterum ex condicione initium, loco, & tempore designato; & a rixa, quæ pugna paucorum contra paucos. Additur contra multis extraneos, ut distinguatur a seditione, que fit inter homines ciuidem civitatis, aut regni, invito Princeps. Bellum aliud est defensivum, quo illata iniuria repellitur; aliud offensivum, quo unus Princeps multitudine armata hostem aggreditur iurius vindicandi, aut compensationis obtinendit gratia.

**L**Quest. II. *Utrum licitum sit bellum de defensione, quam offensivum?* Resp. Admirant omnes Catholici contra Manichaeos, & Lutherum, quod bellum adversus Turcas damnavit. Hoc ex divina conflat Scriptura. Nam Abraham bellum fecit, & benedictionibus repletus legitur: & Deus ipse plures Israëlitis bellum inire adverus Cha-

na-

hanacos, & Amalecitas, Madianitas, aliasque gentes iussit.

III. Quæst. III. *Quæ sunt conditions ad bellum iustitiam necessaria?* Relp. Tres assignantur a D. Thoma 2. 2. quæst. xl. artic. 1: *Tria reguruntur. Primum quidem auctoritas Principis, cuius mandato bellum est gerendum... Secundo requiritur causa iusta, ut scilicet illi qui impugnantur, proper aliquam culpam impugnacionem mereantur... Tertio requiritur ut intentio bellentium sit recta, quia scilicet intendunt vel ut bonum promovent, vel ut malum vitetur.* His tribus conditionibus omnia continentur que ad bellum iubitatis desiderari queunt. Vi ultima conditions interdicta in bello est sevitas, crudelitas, fraus, religiositas irreverentia, & alia id genus vita.

IV. Quæst. IV. *Qui sunt Principes qui bellum indictere iure valent?* Relp. Sermo est de bello offensivo. Nam defensivum cuique licet cum moderamine inculpet tuncula pro defensione vite, & bonorum, fervitis conditionibus aliibi explicatis. Bellum autem offensivum foli principes, suprema, pollentes auctoritate, indicere possunt. Bellum enim et actus supremus iustitiae vindicatrix. Ergo ad folos Principes supremos attinet. Nulli ergo Principes, vel Republica suprema potestate carentes, alterius superiori Principi subiecte indicere bellum valere maxime offendivum, suprema Princeps inconcluso. Excipiunt tamen aliqui eventus, videlicet si difficultas a Principe accedit, sive in mœra periculum, aut si Princeps efficit evidenter negligens in bello indicendo, necessitate premente, gravique damno Republica, seu Principatus imminentem. Ita communiter Theologici.

V. Quæst. V. *Quæ sit iusta bellandi causa?* Relp. Multiplex. Defensio propria, aut innocentis: iniuria iniuste accepte vindicatio: iusta hoc oportet, que ab alio iniuste possidentur, recuperatio. Haec causæ certe sunt omnium contenti. Adicte alie solent, non ab omnibus approbatæ, nimis fedderis iniciatio in re magni momenti: civitatis occupatio: subditorum rebellio: auxilia hosti præstita: in dñinum grave Principis, & nonnullæ aliae, quas expondere nostra non interest in prefatis.

VI. Quæst. VI. *Utrum Princeps habens opinionem probabilem quod sibi aliquod regnum vel civitas debetur, possit alteri Principi regnum illud possidenti bellum indicere?* Relp. Acribit in hanc rem disputant Probabilites. Adfirmantem sententiam defendunt Diana, Fillivius, Ezebar, Azorius, Iacobus Sanchez,

Thomas Sanchez, Roccafull, Francisco Lugo, & alii Probabilites, nisi illo principio penes eos fatis celebri, quod qui probabiliter agit, prudenter agit. Quod si verum esset, vera quoque foret praefata sententia. Alii Probabilites recentiores, qui polo dammaras a lumine Pontificib[us] sententias in probabiliter materia scriperunt, oppositorum opinionem pugnant: quia nullus iudex potest sententiam capitis ferre, nisi precedentiores luce meditantes clariores, ut lumen perit omnes docent. At bellum est prolatio lentientis capit[us] in latere quem Princeps aggreditur. Ergo, ut lit iustum, haud iustificat ipsa probabilitas. Accedit quod in materia iustitiae melior est conditio possidentis. Probabiliter prioris opinionis magis fibi contat, & vi suorum principiorum efficacius argumentantur. Probabilitarum quippe principium aut obliquum, aut nullib[us] evincit quod intendit.

VI. Nos breviter responderemus. Solam probabiliter hand fatis est, ad bellum inferendum Principi possidenti. Potestis quippe sola probabiliter aucteri nequit: quia adequat, immo praevaleat cibilliter probabiliter. Certitudine opus est ut quis alterius de sua deturbare possitencia valeat. Hæc est ratio cui illud axioma institutum: *Melior est conditio possidentis.* Utique & ipsa possidentia ubi dubia, aut probabilis vel ipsi possessori apparet potest. Tunc pro dubi quantitate retinuerit debet partem rei possessori alteri Principi. Millis pluribus rationibus, unam obliter indicabat cur nequeant Principes sola probabilitate nisi bellum moveare. Vix enim, ac haec vix quidem Princeps aliqui armis valet civitatem, vel regnum, quod sibi debet probabiliter patet, quin innocentum fangus fundatur, vaflationes, flagras & superius religionis aut erofio, aut dama maxima, virginum conflagrations, aliaque gravissima mala sequuntur. Quæ omnia plurimum prevalent iuri quo se potiri bellator in civitatem, aut provinciam ab altero possessori iudicat. Quis ergo dixerit tantam malorum flagram licetiam esse, ut Princeps civitatem probabiliter, minime vero certo iure fibi debet, indispicatur. Tenetur itaque Princeps probabilita sua doctorum hominum sententiam dirimere. Barbarorum est in feritate, armorumque potentia iura constitutæ. Ius in armis tunc est, cum gravis necessitas urget redimendi que certis rationibus Principibus debentur. Hanc veritatem vel ipsi Pagani agnovere, sepe scribente Livo: *Pia*

*arma*

*arma que necessaria.* Plura funderem, si profundum sperarem. Cuique enim dubia iura, certa videntur. Vix est qui opinionem propriam minus probaret, quin vel incertam reparet. Huc spectare videatur quod scribit Chrysostomus: *Temp[us] an aliquis ex restoribus Iakobus fuit.* Quod maxime de confitariis Principibus bella iudicentibus venum habet. Ifforum quippe passionibus Reges bella iudicant. Iudicis potest, & confitarii, quorum est declarare Regum iura in civitatis, & regna, sunt cuique regni sapientes. Quid autem causa sit eis Princeps christiani sapientiæ dubia civitatum, regnorumque iura, non Rabularum, non Sophalarum, non Politicorum, sed sapientum iudicio dirimere; foli Deo patet. Non later Principes, sed confitarii politicos sapientia adverberiorum auro, argenteo corruptos, bella aut iudicare, aut difendere prius libitorum propriæ rationes fugerunt: nec propter ea experegerunt. Dun hac scribo, tricentumquarto bello ardet Italia nostra, ardor Europa tota, immensa hominum, & aureorum multitudine effusa. Si queras, cur aggrebiles bellum excitariunt; quid tibi sint responsum, ignoro. Nec que ipse sentio, scribere expediri. Illud mihi compedium, difficile occurrere bellum, potissimum aggressivum, undique iustum. Verum silentio potius quam fermeo haec definiri valent. Hoc nos meditandum, sceleris nitita in causa esse, cur tot calamitatibus universa pertinet.

X. Quæst. VII. *Quæ notitia de belli iustitia necessaria militibus est, ut parere regi precipienti bellum valeant?* Relp. Duo militum genera distinguuntur: auterum subditorum Regis belantur; alterum alienigenarum. Milites alienigenæ antequam militi exteri Regis nomen dent, belli iustitiam perspectam habere debent. Illi enim, cum liberari sint, nullo obediendo prætextu exculari valent: neque executores sententia Regis dicendi sunt; sed potius ipsi sententiam ferunt, bellumque indecum, cum partes Regis belatoris ipsorum suscipiant, ac iura favera Regis, sub cuius vexillo arma stringunt, declarant. Rei igitur evadunt omnium malorum que bellum consequuntur, nisi de iustitia beli certi sint. Quam sententiam docet Caetanus 2. 2. qm. cixix. art. 2d. Sanchez, Ledema, Molina, Salmanticensis tract. xxi. cap. VIII. punct. 3. n. 20. Milites autem subditi Regis bellum inferentes ut lumen immobile a culpa, fatis est, si bellum ipsius probable apparatur. Probabile vero illis est quiescere.

4-

ingentium malorum aduersus religionem caufa est. Nemo necit, ethnicos potissimum impotenti furore abripi in Catholicorum dogmata, & odio pluquam variatino ardore. Nulla autem opportunior occasio exflaturade iis, vindisque exercenda, confederatio illarum. Nemo enim Principum infidelium, federa cum catholicis Princeps init, nisi amplificandi imperii pomera, propria que facta dilatans spe alieetus. An ne armam caperet, etaria exhaustur, subditum ianguinem effundendum exponeret, Principes hostes in se concitare, nisi majora commoda, & meliorem fortunam le affecturum confideret? Quid vero ethnici sive ad triumphantem splendens, sive ad Principatum confinia extendenda gloriolus, quam Catholicorum terras invadere, civitates depopulari, profanare templa, altaria diruere, dilacerare imagines, virginis sanctimoniales confluquare, augeantissimum Eucharistie sacramentum conculcare, omnia denique catholicae religionis creatoria mysteria irridere, & irridenda tradere? Horum omnium veritatem telluntur probatissime historie, teltantur regna integra, & nationes quae ex federe cum infidelibus omnia recentia mala experta sunt. Nec est quod fagitus grave quoque futurum supplicium ei revelavit. In tempore illo venit Elianus Prophet a Ida Regem Iuda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in Rege Syrie, & non in Domino Deo tuo, idcirco exiit Syrie Regis exercitus de manu tua... Stile igitur eius, & proper hoc ex profecti tempore sed, versus te bella consergent. Paralip. II. cap. XVI. verl. 7. & 9. Item Exodi XXXIV. verl. 12. Cave ne unquam cum habitatoribus terre illius ingras amicitias, que fini tibi in ruinam. D. quoque Paulus II. ad Corint. VI. vers. 14. hec pœta, & associationes vetat: Nolite agum dicere cum infidelibus: que enim participatio infinita cum iniuritate? Aut que societas lucis ad tenebras? Que autem communio Christi ad Beliam? Aut que pars fidelis cum infidel? Clariores sunt eiusmodi textus quam ut valeant Politicorum, & Causitarum vanis distinctiones eludi. Exempla quorundam catholicorum Principum qui eiusmodi federa cum infidelibus aduersus principes catholicos intuerunt, nihil tentient nosse officiant, sed tantum doloris, & scandali themati exhibent. Hoc est communis Theologorum sententia: cui subscrubunt Salmanticensi trac. XXI. cap. VIII. pauli. 3. §. 2. n. 35. citantque Loream, Villalobos, Molinam, Geronimam, Coninchium, Prudum, Dianam, Augustum scribens epif. lxxv. inquit: Debet

incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad religionis prefidum esse collatum. Nullus autem non vides fieri hanc polle ut habeat fœdera in Dei gloriam, eisque Religionis amplificationem Principes dirigant, cum huius intentioni facta, eventuque repugnant. Ne referat Principium, Politicorum vana excusatio, qui dicunt, se hac que recentiunis mala, nullo modo velle. Quoniam siq[ue] ex prefece in noliat, volunt tamen reip[ublica] cum flagitioum feedus ineunt, unde praefata mala proficiuntur.

XII. Objiciunt contrae sententiae patrum. Abraham feedus init cum Abner, & Escol gentilibus, ut habetur Gen. xiv. Item Iudas Machabeus cum Romanis, ut patet ex Lib. I. Machab. cap. VIII. & tandem innumeris Principes catholici similes pepigerunt confederationes.

XIII. Reliq[ue] Confessiones narrate in Scripturis fuerunt adverbus infideles, secus contra fideles. Huiusmodi enim fœdera conceptis verbis in Scripturis veterantur. Prophetæ Hanani leviter increpati Alam Regem Iuda, quod contra Regem Israel in fubdum vocaverit Benabod Alysse Principem: ob quod flagitium grave quoque futurum supplicium ei revelavit. In tempore illo venit Elianus Prophet a Ida Regem Iuda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in Rege Syrie, & non in Domino Deo tuo, idcirco exiit Syrie Regis exercitus de manu tua... Stile igitur eius, & proper hoc ex profecti tempore sed, versus te bella consergent. Paralip. II. cap. XVI. verl. 7. & 9. Item Exodi XXXIV. verl. 12. Cave ne unquam cum habitatoribus terre illius ingras amicitias, que fini tibi in ruinam. D. quoque Paulus II. ad Corint. VI. vers. 14. hec pœta, & associationes vetat: Nolite agum dicere cum infidelibus: que enim participatio infinita cum iniuritate? Aut que societas lucis ad tenebras? Que autem communio Christi ad Beliam? Aut que pars fidelis cum infidel?

Clariores sunt eiusmodi textus quam ut valeant Politicorum, & Causitarum vanis distinctiones eludi. Exempla quorundam catholicorum Principum qui eiusmodi federa cum infidelibus aduersus principes catholicos intuerunt, nihil tentient nosse officiant, sed tantum doloris, & scandali themati exhibent. Hoc est communis Theologorum sententia: cui subscrubunt Salmanticensi trac. XXI. cap. VIII. pauli. 3. §. 2. n. 35. citantque Loream, Villalobos, Molinam, Geronimam, Coninchium, Prudum, Dianam, Augustum scribens epif. lxxv. inquit: Debet

Solanum, alioquin Diana Tom. XI. cord. tractatu peculiari psij. xiv. sive hoc veritatem argumentum. Recenset Politicorum praefato fœderi. Litterarum opinionem faventem praefata fœderi. Defendit ipse, per se, & ex natura sua hicta eis eiusmodi fœdera: quod idem præferat, ac si dicaret: Hac fœdera ad bellum gerendum in Luna cornu, aut in campo idearum Platoniarum licita sunt. Si vero de celo ad hominum exercitus devocentur, illicita evadunt. Quare vel ipse Diana secundo loco ita utram eadem ref. xiv. vix unquam in praxi licet Principibus catholicis similia iceret fœdera cum Tercis, alioquin infidelibus. Quam revolutionem exemplis etiam firmat. Refert enim ex Schonborner Lib. IV. cap. xlvi. fac Politice, Principem quendam Christianum gravissimas penas sive palum coebat cum Turcarum Imperatore fedus aduersus Catholicos. Vera ne, an falsa si narratio hac, ad quam firmandum circiter quatuordecim Scriptores laudat idem Diana, aliorum relinquo iudicio. Nolite sententiae subscrubunt Cagliarii a sancto Elia in sua Art. Opin. verb. Auxiliator §. 1. num. 5. Henricus a sancto Ignacio Lib. IV. cap. xliii. aliique communiter Argumentum, quod a contraria Principiū praxi obici posset, nullius est motuum. Quoniam operationem nostrarum regulæ sunt, non abusus, dominicanum placita; sed Dei leges, que omnia nobis ventantur in Dei honore, & gloriam referentes nequimus. Illud mirandum quod dum Principes catholicoi infidelium lubidina, copiae auxiliares postulant, divinam quoque implorent opem; ac si Deus posset, velletque in luce religionis facturam, temporalem propagationem, rerum sacrarum irritationem, confederatis infidelibus cum Catholicis suppeditas ferre. Hinc tamen colligas, nolim, illuc. Principibus etsi subditis infidelibus ut ad iustum bellum. Nullus quippe tunu[m] malorum timor. Subditi enim cum sint, ducib[ile] que, catholicis parent, nihil malis adversari religionem moliri valent. Quare qua ratione in luis eos tolerant ditiosum, eadem illos ad bellandum adhibere poterint.

XIV. Illud nunc est reliquum ut tres in titulo propositas circumstantias in examen vocem: numerum a quibus peragendum in bello, quae in bello servanda, & quo tempore exercendum. Paucis omnia expediam.

XV. Quæst. IX. Utrum Clericis, & Religious licet in bello iusto propria manu pugnare? Res. Sententia negans communis est, & docetur in cap. Eos qui xx. quæst. xxx.

Si

